

1487. die 26. Januarij.

Ex Orig. Arch. regni.

333.

Casimirus rex Polonia  
In Krzepicze et Klobuczko 200 Mar:  
cas Dobeslao de Kurozwanki inseri  
bit.

109  
Casimirus Dei gratia rex Polonia, ma:  
gnus dux Lithuania, Russia, Prussiaque  
dominus et heres etc. Significamus teno:  
re presentium, quibus expedit universis.  
Quia ratione itineris per Magnificum  
Dobeslaum De Kurozwanki palatinum  
Sublinensem sincere nobis dilectum, Bo:  
heunam versus in nostris et reipublice  
necessitatibus ex tunc hactenus suscepti  
ingressique, volentes eum pro ipsius in  
nos benevolentia in susceptionem itineris  
predicti exhibita efficere consolatum, sibi suc:  
cessoribusque suis ducentas marcas Polonica:  
les, quadraginta et octo grosos marcaum  
in quantumlibet computando, in et super bo:  
nis nostris castro et civitate Krzepicze  
Opidoque Klobuczko et villis ad castrum  
Civitatem et oppidum predictum perti:  
nentem, inscripsimus et demonstravimus,  
inscribimusque et demonstramus tenore  
presentium mediante per ipsum Dobeslaum  
et ipsius successores legitimos, bona pre:  
dicta nostra juxta vim et continentiam  
primevarum literarum nostrarum juste  
et legitime super ipsa bona nostra sibi  
antea



antea Datarum et concessarum tenen:  
Dum possidendumque pacifice tandem, quo:  
usque predicta ducenta marca cum sum:  
mis alijs prius inscriptis eidem Dobeslao  
et successoribus suis, per nos vel successores no:  
stros, fuerint integraliter persoluta, qui:  
bus solutis, bona predicta nostra ad nos  
successoresque nostros devolvetur pleno ju:  
re, juribus tamen nostris semper salvo  
Hocrum quibus sigillum nostrum est ap:  
pensum testimonio litterarum. Datum  
in Conventione Piotrowicensi generali, Die  
Dominico, post festum conversionis San:  
cti Pauli. Anno Domini Millesimo qua:  
dringentesimo Octogesimo septimo.

Creslaus Cancellarius subscripsit  
Relatio venerabilis Crestai Defuro:  
Zwanki. Regni Polonia Cancellarij.

Ta Kopia przepisana z oryginala  
paryżaninowego amirbilowanego, dnia  
Dwunastego Trzeciego Miesiaca Lu:  
tego. Roku Pańskiego 1785go. od ktore:  
go pierwej oderwana.